

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 3042

**Auteur(s) :** Henri de Trubleville, Îles Anglo-Normandes (seigneur)

**Bénéficiaire(s) :** Le Valle, Saint-Michel du Valle, dépendance Le Mont Saint-Michel (prieuré)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1238, 8 juin

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Lettre de Henri de Trubleville, Seigneur des Iles, (dont une transcription incomplète est déjà imprimée. Voir N° 97 ; SCRIPTA 3034), datée du Château del Homet (Château Cornet) le 8 Juin 1238, remettant l'abbaye du Mont St Michel et le Prieur du Valle en possession du prieuré du Valle avec toutes ses appartenances, mares, pêche d'anguille, varech de mer, la quatrième partie du varech par toute l'Île de Guernesey, droits de chasse, ainsi que le droit d'exporter leur froment et les produits de leur terre, excepté en temps de guerre.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Société jersiaise , *Cartulaire de Jersey*, recueil de documents concernant l'histoire de l'île conservés aux archives du département de la Manche. 1er fasc., Jersey, Beresford, 1918, n° 112, p. 180-181.

Texte établi d'après a

Universis Christi fidelibus has litteras presentes inspecturis vel auditoris Henricus de Trublevilla Dominus insularum salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus quod nos ex nostra mera voluntate et pro salute anime nostre misimus dilectos nostros et amicos in Christo Abbatem Montis Sancti Michaelis de periculo maris et conventum ejusdem ac priorem de Wale in Gerner. in plenam possessionem prioratus de Wale cum omnibus suis pertinenciis postquam in manus nostras dictum prioratum recipimus cum maris suis omnibus et cursibus anguillarum et cum omnibus bonis dicto prioratui pertinentibus et cum omni warekko suo in Wale et cum quarta parte warekci tocius terre de Gerner. Concessimus eciam eis usum venandi per totam terram suam cum precipue preceptum domini nostri Regis Anglie habuimus expressum in hunc modum quod viris religiosis quicquam moleste vel injurie nullatenus a nobis vel nostris inferatur, immo potius omnia bona sua in omnibus pro sua voluntate ad comodum suum disponere et libertatibus eisdem predictis gaudere quibus gavisus sunt tempore predecessorum nostrorum Regum Anglie et hoc ex precepto Domini Regis et nostra mera voluntate. Volumus eciam et firmiter precipimus omnibus Baillivis nostris quod dictus prioratus cum omnibus pertinenciis suis res ac omnia bona monachorum predictorum judempnes et sine diminucione conserventur. Concessimus eciam eis predictis quod bladum suum et redditus alios deferant ad comodum ipsorum ubicumque voluerint extra Insulam nisi gwerra in patria mota sit per quam portacio pati non possit. In cujus testimonium has litteras nostras eisdem fieri fecimus patentes munimine sigilli nostri roboratas. Datum in Insula Gerner. in castro del Homet die Martis proxima ante festum beati Barnabe Anno Regni Regis H. filii Regis Johannis Anglie xxij° cum testibus proborum quam plurimorum Domino Willelmo de Gaugi tunc senescallo, Domino G. De Lamberzard, Wygano Briton., Waltero clerico, cum multis aliis.